



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1634

Oratio Meleagri: & qualis:

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

ut victoriā partam inter hos, de quibus parta est, obtinete postulamus. *Capite opus est.* Hoc ne uno, an pluribus, in vestra potestate est. Illud scire debetis, *militarem sine duce turbam, corpus esse sine spiritu.* Sextus mensis est, quo Roxane pregnans est. Optamus, ut mārem enītatur, cuius regnum Dijs approbantibus futurum, quā docunq; adoleuerit. Interim, à quibus regi velitis, destinate.

OECONOMIA
orationis.

I. *Hec oratio valde morata est. & ciuilis, prefert enim insignē moderationem. & fidem ipsius Perdica, quod magnum erat amoris, & benevolentia lenocinum.* Atque ut à Principe viro profecta, sententias habet verbu pressas, rebus magnas, ut cūm dicit Alexander commodatum terris, non datum. Observatum est, *inquit* Fabius lib. 6. esse nescio quām, quā spes tantas decerpit, iniuidiam. Ne videlicet ultra, quam homini datum, est nostra prouchancrur. Deinde, quod habet: Militarem sine duce turbam, corpus esse sine spiritu. *Reclē ad mentem Seneca, qui de imperatore ait.* Is est spiritus, quem tot millia trahunt. Epaminondas apud S. Maximum serm. de Magistratu, & potestate, cum magnum, & pulchrum videret exercitum sine duce. Quāta (*inquit*) bellua caput nullum habet.

ORATIO PTOLOMÆI.

Digna proorsus est soboles, quæ Macedonum imperi genti, Roxanis vel Arsinœ filius,

cuius nomen quoque in Europa dicere pigeat. Maiore ex parte captiui est. Cur Persas vicerimus, ut stirpi eorum seruiamus? quod iusti illi reges Darius, & Xerxes, tot milium agminibus, tantisque classibus ne quicquam petuerunt. Mea sententia hac est, vt fide Alexandri in regia posita, qui consiliis eius adhibebantur, coeant, quoties in commune consulo opus fuerit, eoq; quod maior pars corū decreuerit, statuto, Duxes prefecti q; copiarum his pareat.

ORATIO MELEAGRI

Dura, & aspera, qua truculentum oratorem facile arguat.

Nec Dijs fuerint, ut Alexandri fortuna, tantq; regni fastigium, in istos humeros ruat, homines certe non ferent. Nihil dico de nobis, quām hic est, sed de viris tantum, quibus iniuitis nil perpeti necesse est. Nec verò interest, Roxanis filium, quandocumque genius erit, an Perdicam regem habearis, cum iste sub tutelæ specie regum oecupatus sit. Itaque nemo ei rex placet, nisi qui nondum natus est, & in tanta omnium festinatione, non iusta modo, sed etiam necessaria, exactos menses solus expectat, & iam diuinat mārem esse conceputum, quem vos dubitatis paratum esse, vel subdere. Si medias fidius Alexander hunc nobis regem post se reliquist, id solum ex his, quæ imperasset, non faciendum esse censerem. Quin igitur ad diripiendos thesauros discutitis? Harum enim opum regiarum, utique populus est hæres.

CONSULTATIO PERSARVM DE STATV
Monarchia, Aristocratia, & Democratia.

OTANIS ORATIO PRO IMPERIO POPVLARI

Ex Herodoto.

Argumentum.

Oppresso Mago, qui Persarum errore abusus erat ad regnum occupandum, quia interregnum erat, consultant proceres, quid factō opus sit, & quod genus administranda Reipubl.